

IN GLYTA BASILEA

GALLIA

GALLIAM SIC DICTAM PVTANT A Galate rege, filio Herculis, qui condita urbe Alexia, quam posteris temporibus Iulius Cesar fregit, in Burgundia sedem collocauit, à quo regio ipsa Galatia nuncupata fuit. Romani autem dementes unam syllabā pro Galatia Galliam appellauerūt. Alij putant Galliam deriuari à gala lacte, quod Galli candiores essent Hispanis. Distinxerunt autem ueteres Galliam in Cisalpinā, quę modo uocatur Lombardia, & Transalpinā. Item in Togatam & Comatam. Comati Galli nutriebant pilum, Togati detondebant. Comata diuidebatur in Belgicam, Celticam, & Aquitaniam. Celtica uero distincta fuit in Lugdunensem & Narbonensem seu Bracatam, quibus nostro uxo successerunt Delphinatus, Subaudia, Prouincia, & Burgundia. Aquitania retinuit nomen suum usq; ad tempora nostra. Ad Belgicā uero olim pertinuerunt. Alsatia, Lotharingia, Neustria, Austrasia, Babantia, Flandria, Normandia & Francia.

32